



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

De Aditu ad Mortem: seu Angore, mortis causa. Causa V. xvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

CAPVT. Carnem nostram perire non posse, quòd Christi Iesu, qui Vita est, Corpore & sanguine nuttiatur: dulcissima D. Irenæi Sententia.

XVI.
Iren. lib. 5.
contra Hæ-
ref.

Ephes. 5.

Luc. 24.

Quomodo carnem negant capacem esse donationis Dei, qua est Vita eterna, qua Sanguine & Corpore Christi nutritur, ut membrum eius? Quemadmodum & Apostolus ait: Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius: non de spiritali aliquo & inuisibili homine dicēs hæc. Spiritus enim neque ossa neque carnes habet: sed de ea dispositione, qua est secundum hominem, qua ex carnibus & nervis & ossibus consistit: qua de calice qui est Sanguis eius nutritur, & de pane qui est Corpus eius augetur. Et quemadmodum lignum vitis depositum in terra, suo fructificat tempore: & granum tritici decidens in terram, & dissolutum multiplex surgit, per spiritum Dei qui continet omnia, qua deinde per sapientiam in usum hominibus veniunt, & sanguis Christi: sic & nostra corpora ex ea nutrita & reposta in terram & resoluta in ea, resurgent suo tempore, verbo Dei resurrectionem eis donante, in gloriam Dei patris. Qui huic mortali immortalitatem circumdat, & corruptibili incorruptelam gratuito donat: quoniam virtus Dei in infirmitate perficitur.

CAUSA V.
CAPVT

XVII.
Lactan. li. 3.
cap. 18.

De Aditu ad mortem: seu Angore,
mortis causa.

Accessum ad mortem natura etiam, & maxime quidem exhorret: quòd iter ad mortem durius sit quam ipsa mors. Veruntamen qui horrorem illum & imaginationem mortis excusserit, animumq; ad patientiam obsirmauerit: iam magnam mali partem sibi detra-

maxerit. Et quicquid est cruciabile, vel in agropatione, vel in morte, longè tolerabilius redditur, cum quis totum se committit ac submittit voluntati divina: Neque enim Dominus fideles suos unquam deserit, qui se totos in illius fidem tradiderunt, sed custodit eos ut pupillam oculi. Ego ergo, inquit, murus ignis in circuitu. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Hinc Prophetia David confidenter ait: Si ambulauero in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et ut nos de auxilio suo per quam certos reddat, subinde id nobis in Scriptura sacra pollicetur: atque ad se inuocandum sedulo hortatur, dicens: Inuoca me in die tribulationis: et tuam te & honorificabis me. Ac rursus: Clamauit ad me, & exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum. Quin & Angelis suis mandauit de nobis, ut custodiant nos in omnibus uis nostris.

Zach. 2.

Psal. 122.

Psal. 49.

Psal. 94.

Ad hac dolores omnes facile nos perferre posse, certum est: Si cogitemus quanto acerbiora Christus pro nobis pertulerit: qui in Ieremia dicit: O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Neque enim est seruus maior domino suo: ipse dicente Christo: Qui etiam tanquam caput Ecclesie sua perpetuo adest membris suis laborantibus: Probatum hoc exemplo S. Stephani, qui vidit calos apertos, & IESUM stantem à dextris virtutis Dei: nempe paratum ad opem ferendam in terroribus mortis. Ideo ipse discipulis dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.

Thren. 1.

Ioan. 15.

Acto. 7.

Matth. 28.

H s De